

diffuncta, quod si conjunctio minuit distinctionem unitorum (quod tamen absolute falsum est proprie de distinctione loquendo) non tamen ita minuit, ut adhuc distinctio inter illa nequeat dici realis.

Sed adhuc infat Suarez, si modus intrinsecus esset vera res, & entitas, non posset habere tam intrinsecam dependentiam ab alia entitate, ut non posset saltem Deus illum supplere sua infinita potentia, ergo solum id provenire potest ex eo, quod illud extremum in sua intrinseca essentia non est entitas, sed tantum modus. Resp. negando assumptum: potest enim interduo unum ens adeo essentialiter dependentiam habere ab alio, & necessariam connectionem cum ipso, & ejus indigentiam, nec enim a Deo suppleri possit, quemadmodum dicitur Adversarij de a. du. vitali, qui adeo necessarius in suo esse, & fieri dependet a potentia vitali, ut nec a Deo ejus indigentia suppleri potest, nec tamen dicunt illum esse modum. Accedit, quod ratio modi non tollit ab eo, quod non sit res, & entitas realis absolute loquendo, sed solum, quod non sit res eo pacto, quod res dicitur illud, cuius est modus ut docet Scot. loc. cit. 1. non est res sumendo rem pro illo, quod se solo existere, & conservari potest, neque ex sua ratione intrinseca petit esse alteri affixum per modum determinationis, & modificationis. Denique ratio a priori cur modus extrinsecus per se existere nequeat, & petat affixum esse rei, quam modificat, ita ut nec per Dei potentiam se solo conservari possit, non est quia non sit res, nec per Dei potentiam se solo conservari possit, non est quia non sit res, nec entitas relativa, ut constat de unione, ubi, actione, passione, &c. ut dixi disp. 7. qu. 6. art. 1. num. 143. repugnat autem omnino respectum, qualemcumque sit, conservari separata a fundamento, cum essentialiter sit habitudo quaedam unius ad aliud, ut dicitur et disput. 3. Phys. num. 246.

204 Circa aliam distinctionem modalem scilicet modum intrinseci a re, cuius est modus, ut existentia ab essentia, infinitatis a Deitate, &c. a plurimum modorum inter se, ut existentia, & actus, & potentia, & hujusmodi, nonnulli Scotistae eam constituentur speciem distinctionis ab alio conditinctam, & disparatam, quibus praevisse videtur Maçon. 1. d. 8. quaest. 1. artic. 2. ubi quatuor species distinctionis praeter opus intellectus proponit ab invicem distinctas, inter quas distinctionem praesertim modalem enumerat. Alii vero Scotistae passim eam reducant ad distinctionem ex natura rei, quam supponunt speciem ab aliis conditinctam, & minimam inter omnes distinctiones anteyertentes opus intellectus, ita Formalistae apud Siret. art. 2. quos refert, & sequitur Franc. de Roy lib. 2. Formalit. cap. 13. sec. 2. Alii tandem eam reducant ad formalem distinctionem, sed quia modus intrinsecus proprie non importat aliquam formalitatem, ideo rationem de se conceptibilem vocant rem, cuius est modus, ut diximus disput. 2. quaest. 6. art. 1. vocant eam distinctionem formalem negativam, vel non identitatem formalem, ita Meuriss. lib. 2. suae Metaph. cap. 3. quaest. 4. conclus. 4. Poncius tom. 3. curfus disp. 20. num. 80. Faber. tract. Formalit. & alii quampures.

Et haec ultima sententia placet, quam jam in Logica dedi disp. 1. qu. 5. art. 2. declarando distinctionem formalem, & superius in hac disp. num. 168. quia ut constat ex ibid. dictis, nulla est ratio convincens, ut ponatur species quaedam distinctionis ab aliis conditincta, & separata; debet ergo ad alias reduci, quae veram speciem constituentur distinctionis a parte rei, talis autem esse nequit distinctio realis, quia modus intrinsecus non potest dici res, immo neque formalitas in rigore loquendo; neque reduci potest ad distinctionem ex natura rei, ut ponitur a Formalistis, quia falsum est, hanc distinctionem ex natura rei constituere speciem ab aliis conditinctam, cum potius sit genus ad omnes distinctiones praeter opus intellectus, ut dicitur supra qu. 7. art. 2. remanet ergo, ut reducat ad distinctionem modalem extrinsecam, seu modi extrinseci a re, cuius est modus, & distinctionem modalem intrinsecam, sicut enim de illa conclusum est pertinere ad distinctionem realem, nec constituere speciem ab ea conditinctam, quia ad distinctionem realem sufficit, quod habeat extrema positiva, quorum alterum possit esse sine alio, etiam si non est contra, ita etiam in proposito concludendum est, istam distinctionem modalem intrinsecam, seu modi intrinseci pertinere ad distinctionem formalem, nec constituere speciem ab ea conditinctam, quia ad distinctionem formalem sufficit, quod extrema sint positiva, & quavis realiter identificata, unum tamen ex illis non est formaliter aliud, quod non tantum de duabus formalitatibus verificatur, sed etiam de formalitate, & modo ejus intrinseco. Adde tamen, quod sicut distinctio modalis modi extrinseci, quavis pertinet ad distinctionem realem, tamen dicitur distinctio realis veluti imperfecta ratione alterius extremi deficientis a ratione rei, capiendi rem in rigore pro entitate, quae se sola existere potest, nec indiget alia tercia alia, ut existat, ita in proposito distinctio modalis intrinseca (seu modi intrinseci a re, cuius est modus, dicitur potest distinctio formalis, veluti imperfecta, ratione alterius extremi deficientis a ratione formalitatis, capiendi formalitatem in rigore pro ratione se sola conceptibili, quia modus intrinsecus necessario petit concipi cum re, quam modificat.

205 Sed instant Formalistae, non posse hanc distinctionem modalem pertinere ad formalem, quia distinctio formalis ea dicitur,

quae versatur inter formalitatem, & formalitatem, sed modus intrinsecus non est formalitas, cum non sit ratio praecipua, & ex se conceptibilis sine re, cuius est modus, ergo, &c. Tum quia distinctio haec modalis est minor distinctio formalis, ergo ad ipsam pertinere non potest, sed propriam speciem constituit, propterea assumptum ex Scot. 1. d. 3. qu. 2. E. ubi loquens de conceptu reitum modo in comparatione ad conceptum alius rei sub aliqua formalitate diversa, inquit, quod ille est simplicior, quam ille, & ejus verba sunt haec, loquendo de conceptu Dei in finitum ille est simplicior, quam conceptus ens boni, vel entis veri, vel aliorum similium, & reddit rationem, quia infinitum non est quasi attributum, vel quasi passio ejus, de quo dicitur, sed dicitur modum intrinsecum illius entitatis, ita quod cum dico ens infinitum, non habeo conceptum quasi per accidens ex subiecto, & passione, sed conceptum per se subiecti in certo gradu perfectionis scilicet infinitatis, sicut albedo in certa gradu perfectionis per accidens, sicut albedo visibilis, immo intentio dicitur gradum intrinsecum albedinis in se, & ita patet simpliciter huius conceptus scilicet ens infinitum; unde tale conceptum argumentum. Quandoquidem aliqua duo ita se habent, quod simpliciter conceptum faciunt, quam alia duo, illa minori diversitate sunt alia, nam major alicuius majorem compositionem facit saltem in conceptibus, sed res, & modus simpliciter conceptum faciunt ex Scot. quae res una cum alia formalitate, sicut Deus cum bonitate, quae distinctio sola formalis distinguitur ergo, &c. Denique distinctio modalis stat cum identitate formalis, ergo non concidit cum distinctione formalis, sed est minor illa, quia est minor distinctio alia, quae secum comparatur identitatem oppositam illi distinctioni, probatur assumptum, quia res, & modus eandem habent formalitatem, pro quanto modus nequit seorsum a re concipi, ideoque habent identitatem formalem oppositam distinctioni formalis. Nec satis est, si dicitur, rem, & modus esse idem formaliter sola identitate negativa formalis, pro quanto non habent distinctas formalitates, non autem esse idem identitate formalis positiva, quia utrumque non praesertim propriam formalitatem. Non, inquit, satisfacit, tum quia illud sufficit ad inferendum distinctionem modalem esse minorem distinctione formalis, tum quia identitas formalis negativa opponitur distinctioni formalis positivae saltem privative.

Resp. ad distinctionem formalem sufficere, quod extrema sint positiva, & quod licet sint realiter identificata, unum tamen ex illis non sit formaliter aliud, ut patet quae. seq. quod verificari potest de formalitate, ac ejus modo intrinseco perinde ac de duabus formalitatibus, Ad 2. ideo inquit Doctor distinctio modalis esse minorem formalis, quia distinctio formalis (sumitur absolute pro illa, quae versatur inter formalitatem, & formalitatem, in quo sentit, ut diximus; distinctio modalis deficit a distinctione in rigore formalis, & distinctio formalis quasi imperfecta, quatenus modus intrinsecus deficit a ratione vere formalitatis. Ad ult. concedo gratis illam solutionem inter argumentum allatum non plenè satisfacere, quia extrema huius modalis distinctionis sunt positiva, quorum unum formaliter non est aliud, & ideo non est tantum non identitas formalis inter ea, sed vera, & propria formalis alicuius; quia de causa neque probandum est modus eorum, quia hanc distinctionem modalem appellant formalem negativam, cum enim extrema talis distinctionis sint positiva, ipsa quoque distinctio in suo genere poterit dici positiva; itaque ad argumentum potius negandum est assumptum cum ejus probatione, quia ex hoc, quod modus non est per se conceptibilis seorsum a re, cuius est, modus, non sequitur, rem, & modum eandem habere formalitatem, ac esse idem positive, cum hoc enim stat ad huc, quod unum non sit formaliter aliud, immo est hoc ipso, sequitur rem, & modum diversas habere rationes conceptibiles, & quod unum non est formaliter aliud, & ad summum inde deducitur potest inter rem, & modum versari distinctionem formalem imperfectam, quatenus manca est ex parte unius extremi deficientis a propria ratione formalitatis.

Q U A E S T I O X I.

De natura identitatis, & distinctionis formalis ejusque utilitate.

206 Hæc est illa distinctio media inter simpliciter realem, & simpliciter rationis, adeo celebris, & famigerata in Scotistarum schola, quam omnes ferè excola huiusmodi nostram averterunt, & acriter impugnant; sed ut bene notavit Ovved. controversi. 4. Met. punct. 2. rotus eorum labor est in hac distinctione impugnanda, sed nullus eorum induit in assequenda mente Scoti, & Scotistarum, quod per hanc distinctionem intellexerint medium inter realem, & rationis, unde factum est, ut plerique impugnent, quod non intellegunt, nec unquam somniant Scotus. Pro recta igitur huius identitatis, & distinctionis formalis intelligentia, supponendum in primis est, per distinctionem formalem a Scoto, & Scotistis assertam, veluti medium inter simpliciter realem, & simpliciter rationis, hic non intelligi diversitatem inter ea repertam, quae habent distinctas essentias, & naturas, quo sensu homo, & animus formaliter ab invicem

vicem differre dicuntur, quia similes habent essentias, & quidditates, non inquam, sic intelligenda venit, quia in hoc sensu, ut scripsit etiam Doctor, potius est distinctio formarum, ideo, naturarum, & essentiarum integrarum, quam differentia formalis plurimum gradum ejusdem essentia totalis, qui & formalitates appellari solent. (qua de causa distinctio inter eas formalitates appellari confuevit; unde distinctio formalis in se solum vera est distinctio essentialis, sed distinctio realis naturarum, de qua supra diximus num. 164. & 169.)

Rursus supponendum est per distinctionem formalem medium inter realem, & rationis Scotum non intelligere distinctionem illam, quam Recentiores vocant virtualem, vel rationis rationate, ut cum finitè interpretatur Suarez disp. 7. Met. sect. 3. num. 13. & lib. 4. de Trin. cap. 4. Hurtad. disp. 6. Met. sec. 3. Salas p. 2. tract. 2. disp. 4. sect. 3. & alii nonnulli, quibus (quod pejus est) ex nostris addebat Herrera 1. tom. disp. 8. qu. 13. & disp. 12. qu. 1. quae haec distinctio non anteverat omnino formaliter, & adualiter opus intellectus, sed virtualiter tantum, & fundamentaliter, formaliter vero, & adualiter compleatur per opus intellectus; hoc liquidem repugnat expressis Scoti verbis, nam in 1. d. 3. qu. 4. §. ad questionem respondens, de hac ipsa distinctione loquens, quae inter divina attributa reperitur, sic loquitur, hanc quod inter perfectiones essentialis non est tantum differentiam rationis, quae est diversorum modorum concipiendi, idem obiectum formale, velis enim distinctio est inter sapientiam, & sapientiam, & usque major inter sapientiam, & veritatem; nec est ibi tantum distinctio obiectorum formalium in intellectu, quia ut argumentum expressum, illa nunquam est in cognitione intuitiva, nisi sit in objecto intuitivo cognitio, est ergo ibi distinctio tertia praecedens intellectum operi modo, & ne quis exponere possit, quod haec distinctio sit solum virtualis, statim addit, & est ista, quod sapientia est, ut res ex natura rei, & bonitas est in re ex natura rei, sapientia autem in re formaliter non est bonitas, nisi quod adhuc pariter inferius magis exprimit dicens, & intelligo sic, quod intellectus componens istam sapientiam non est bonitas formaliter, non autem actu suo collata, veritatem istius compositionis, sed in obiecto invenit extrema, ex quorum compositione fit actus verus, quid clarius dicere poterat ad innuendum hanc distinctionem formalem esse actualem, & non virtualement tantum, & antevertere omne opus intellectus? Accedit quod 2. d. 3. qu. 1. directè docet naturae entitatem a singularitate ex natura rei formaliter actualiter distingui, ideoque communitatem naturae realem esse, & singularitatem vere a parte rei naturam communem contrahere, ac cum ea veram compositionem metaphysicam efficere, quod cum semper reperitur, quotiescunque de hac distinctione media loquendum occurrit, non est cur dubitemus, hanc distinctionem apud Scotum esse omnino actualem, & non tantum virtualement, & fundamentalem, adeo ut opere intellectus egeat pro ejus complemento. Accedit tandem unanimitas, & perpetuus omnium Scotistarum consensus, tam veterum quam Recentiorum, qui in hoc sensu mensent Dodores intellexerunt de hac distinctione formalis medium inter realem, & rationis; unde inconcussò factis Amicus tract. de Distinct. qu. 14. art. 1. notab. 3. inquit, controversiam esse apud Scotistas, an haec distinctio sit actualis praecipuo opere intellectus, hoc enim apud nullum Scotistarum video contraversum, uno Herrera excepto, de quo non est mirum, quia veluti doctrina Thomistica imbutus plerumque etiam in aliis a Deo Scotistarum exhorbit.

207 Sed quod adversarij decepti in intelligentia opinionis Scoti esse quidem diffidit, quem habet 1. d. 2. q. 5. sed hic refert, ubi agens de huiusmodi distinctione, quam ibi reponit inter essentiam, & relationes, & explicans, quo sensu possit dici realis, habet haec verba non est proprie realis actualis, intelligendo sicut communiter dicitur actualis illa, quae est differentia rerum, & in actu, quia in una persona non est aliqua differentia rerum propter simplicitatem divinum, & sicut non est realis actualis, ita non est realis potentialis, quia nihil est ibi in potentia, quod non sit in actu; potest autem vocari differentia rationis, non quod ratio accipiatur pro differentia formata ab intellectu, sed ut ratio accipiatur intellectus rei, secundum quod quidditas est obiectum intellectus, vel alio modo vocari potest differentia virtualis, quia illud, quod habet talem distinctionem in se, non habet rem, & rem, sed una res habens virtualiter, sive eminenter duas realitates, quia utique realitatis, ut est in illa re, competit illud proprium, quod inest tali realitati, ac si ipsa esset res distincta, ita enim haec realitas distinguitur, & illa non distinguitur, si ipsa esset una res, & illa alia a. Ita Doctor loc. cit. ex quo sicur deducit Hurtad. Scotum per hanc distinctionem formalem ex natura rei aliam non intellexisse, quam distinctionem rationis rationate, quae virtualiter solum praecedit in obiecto opus intellectus, non autem actualiter. Rursus urget Herrera, quod Doctor loc. cit. paulo infra explicat hanc distinctionem per non identitatem, quarens enim, an concedi debeat aliqua distinctio inter relationes, & essentiam, Respondens (inquit) melius est uti ista negativa, hoc non est formaliter aliud, quam hoc est sic, vel sic distinctum, quae loquendi modo significat talem distinctionem formalem non esse potissimum, sed negativam, & proinde non esse actualem, sed virtualement.

Ceterum, si praecitatus textus attentè legatur, Doctor ibi directè docet hanc distinctionem, quam ibi agnoscit inter essentiam, & relationem, esse formalem actualem, & omne opus intellectus

aus praecedentem, non vero virtualement, vel rationis tantum rationate, ut exponit Hurtad. ut iam innuimus disp. 7. Log. qu. 5. art. 2. nam ab initio §. Sed hic refert, quod non est sine assertione, & praedictio sententia melioris, quod non est quae formaliter suppositum est incommunicabile, & ratio essentia, ut essentia, habens aliquam distinctionem praecedentem omnem actum intellectus creati, & increati, ergo haec distinctio formalis, de qua ibi loquitur, esse nequit solum virtualis, aut rationis rationate, ut exponit Hurt. quia haec licet praecedat omne opus intellectus secundum fundamentum, non tamen praecedit secundum rationem distinctionis, ut sic, quemadmodum vult Doctor. Deinde paulo inferius inquit, divinum intellectum videre essentiam, & relationes, eoque intreri, ut duo objecta formalia per se terminantia cognitionem intuitivam, unde includit hanc distinctionem non esse ab intellectu, sed in obiecto praecedere omnem actum intellectus, ergo haec distinctio formalis, de qua ibi loquitur, effectualis, non virtualis tantum, aut rationis rationate, quia vult totam illam distinctionem, quam intellectus percipit, reperiri in obiecto a parte rei. Et quamvis paulo infra dicat, illam vocari posse distinctionem rationis, ibidem tamen explicat, quo sensu illi dici possit, non quidem ita ut ratio accipiatur pro differentia formata ab intellectu, sed ut ratio accipiatur pro quidditate rei, secundum quod quidditas est obiectum intellectus; & cum rursus ibi vocat illam virtualement, statim explicat, quo sensu illi asseri possit, quia nempe illud quod habet talem distinctionem in se, non habet rem, & rem, sed est una res habens virtualiter, sive eminenter plures res, unde vocat illam virtualement, quia accipit esse actualem ab intellectu, sed propter aequivalenciam, quia cum dicitur solum plures formalitates ex natura rei distinctas, seu plures realitates, aequivaler tamen pluribus rebus distinctis realiter, unde intelligi debet de virtualitate, quia una res continet in se duas formalitates, quibus competunt proprietates illius rei, ac si essent distinctae, sicut duas res, quemadmodum ibidem se Doctor explicat. Immo paulo inferius subdit. H. ut magis mentem suam aperiret, & ne confuso contingeret ex vocabulis distinctionis rationis, & virtualis, ait melius esse omnittere illa, & hanc distinctionem potius appellandam esse distinctio nem ex natura rei, quam rationis, nec proprie virtualement sed formaliter his verbis, breviter igitur dico omnitero illa verba de distinctione rationis, & de distinctione virtualis, quod in essentia divina ante actum intellectus est eorum. A. & est entitas B. & haec non est formaliter illa, ita quod intellectus paternus consideratur A. & considerans B. habet ex natura rei, unde ista compositio sit vera A. non est formaliter B. non autem praedictio ex aliquo actu intellectus circa A. & B. conlat igitur apud Doctorem per hanc distinctionem ex natura rei formalem non intelligi aliquam distinctionem, quae fiat, & compleatur ab intellectu in esse distinctionis, ut est distinctio virtualis, vel rationis cum fundamento, sed aliud genus distinctionis, quae secundum se totam praecedat actum intellectus.

208 Quare vero dixerit Doctor ibidem hanc distinctionem formalem potius explicandam esse per negationem identitatis formalis, ait Bargius ibidem ita Doctorem loqui, quia nondum determinaverat, an relationes haberent suas proprias formalitates, vel potius essent modi divinae essentiae. Taretur autem, & Vigerius ibid. ac etiam Bassol. 2. d. 22. qu. 4. art. 2. Vulpes tom. 1. part. 1. disp. 8. art. 6. Meuriss. lib. 2. suae Metaph. c. 3. qu. 4. conclus. 4. aunt, Doctorem sic loqui, ut offenderet distinctionem formalem non importare veram relationem realem inter extrema sic distincta, quemadmodum importat distinctio realis, quia distinctio formalis ex natura rei non est censenda actualis ratione relationis formaliter importatae per distinctionem, sed materialiter solum ratione extremorum, quae sic a parte rei distincta ita habent in eadem re proprium esse actualem, extra nihil, ut esse formale unius non sit esse formale alterius. Similiter, verò tract. 2. de Deo uno disp. 1. qu. 2. n. 40. ait, Doctorem ita loqui, quia negativa identitas potest habere sensum praecipuum, ita ut ratio unius proprietatis intelligatur non intellecta ratione alterius affirmativa, autem distinctionis videri potest habere sensum exclusivum, quia positive opponit unum alteri, divinae autem perfectiones non se invicem simpliciter excludunt realem, quia ergo exclusio positiva videtur excludere entiam identitatem realem, ideo inquit Doctor melius esse uti ista negativa, hoc non est formaliter illud, quam affirmativa dicendo hoc est sic, & sic distinctum; his ergo de causis vult etiam Doctor voce non identitatis potius, quam distinctionis, non autem quia vox distinctio sit penitus abiciens, & aut quia distinctio formalis, de qua loquitur, sit negativa, & non positiva, ac virtualis solum, non autem actualis. Adde tandem, quod dixi disp. cit. Log. potissimum causam, cur Doctor hanc distinctionem formalem maluerit appellare non identitatem potius, quam absolute distinctionem ex natura rei, esse, quia ex communi modo loquendi praesertim tunc temporis distinctio ex natura rei pro vera, & rigorosa distinctione reali usurpari solebat: ut ibi Doct. innuit verè. Sed numquid haec distinctio dicitur realis? Et quia primus ipse fuit, non qui hanc distinctionem excogitavit (ut male inquit Meuriss. nam aperte habetur apud Arist. pluribus in locis, ut postea dicemus) sed quoniam illam in divinis perfectionibus invenit valde sobrie, ac modeste loquitur, ne distinctionem realem inter eas ponere videatur, & divinam ledere simplicitatem.

Hic itaque suppositis, ut de communi mente Scoti, & Scotistarum, duplex toller esse modus explicandi hanc identitatem, & distinctionem, nempe in via Doctoris. Primus est antiquiorum Scotistarum, & formalistae vocantur, & dicunt identitatem formalis esse eorum, quorum unum alterum includit in sua ratione formalis, & in primo modo dicendi per se, quo sensu ratio est eadem formaliter suo definito, & genus speciei, & differentia formaliter suo constituto: distinctio vero formalis est contra eum ab ipso, quo alio distinctio concepti possit; addunt praeterea identitatem formalem esse duplicem, nempe mutuum, & non mutuum; mutua veritas inter illa, quorum unum identitatem alteri formaliter, & e contra, ut homo, & animal rationale; non mutua est inter illa, quorum unum est de conceptu formalis alterius, non e contra, quo sensu animal dicitur esse idem formaliter homini, quia ingrediatur conceptum quidditativum eius, non e contra; & hanc explanationem identitatis, & distinctionis formalis deducunt ex verbis Doctoris 1. distinctio. 2. quae. 7. s. cit. sed hic restat, cum ait, voce identitatem formalem, ubi illud, quod dicitur, sic idem, includit illud, cui sit idem, in sua ratione formalis, & per consequens per se primo modo, ex quibus verbis postea orra est acris contentio inter eosdem Formalistas de identitate formalis inter inferius, & superius, nam ex modo loquendi Doctoris contendunt Sirey, Maurry, Vallon, & alii inferius, esse idem formaliter suo superiori, quia illud includit ipsa ratione formalis, non e contra. Trombetta vero cum caeteris vult superius identitari, formaliter suo inferiori, quia ingrediatur conceptum eius quidditativum in primo modo dicendi per se, non e contra.

209 Hanc explicandi modum, velint omnium Scotistarum communem referre, ac impugnat Pasqualis, tom. 2. Metaph. disp. 61. sect. 1. Primum autem quod impugnat, est ipsa explicatio identitatis, & distinctionis formalis, nam ex tali explanatione sequitur in ipsamet identitate formalis, esse distinctionem formalem, quod repugnat; probat sequela, quia identitas formalis ex allata explanatione dicitur includi alterius in primo modo dicendi per se, ergo in ipsa identitate formalis datur includens, & includens, & includens autem, & includens distinguuntur saltem formaliter. Praeterea ubi sunt diversae rationes obiectivae, sunt etiam diversae formalitates, & consequenter distinctio formalis, sicut ubi sunt diversae entitates, est distinctio entitativa; sed cum unum includat alterum in primo modo dicendi per se, sunt diversae rationes obiectivae, nempe ratio obiectiva praedicati, & ratio obiectiva subjecti. Tum quia homo includit in primo modo dicendi per se animalitatem, & rationalitatem, & tamen neutra ex his realitibus formaliter identitari cum homine, siquidem homo totum naturam humanam importat, & rationalitas vero, & animalitas partem. Conf. quia ubi est aliquid includens alterum in primo modo, ad eum compositio rationis secundum diversas rationes obiectivas, ut ubicunque est compositio, est etiam distinctio saltem formalis quoad partes componentes. Deinde impugnat identitatem formalem non mutuum, ut proferat imperceptibilem, quomodo enim fieri potest, ut unam identitatem cum alio, & hoc non identitatem cum ipso? Tum quia identificatio ab extremis tollit multipliciter, sed si unum identificaretur cum alio, & hoc non identitatem cum ipso adesse, multipliciter, quod est contra naturam identitatis. Tum quia positio, quod unum distinguitur ab alio, hoc quoque distingui debet ab illo ex vi distinctivi, quod est in ipso, ergo omnino implicat identitatem formalis non mutuum. Denique illud corollarium impugnat, quod deducunt, nimirum quod superius sit idem formaliter cum inferiori, aut inferius cum superiori, quia haec semper comparantur, ut pars, & totum; sicut ergo implicat partem physici identificari realiter, ac entitativa cum toto physico, ita etiam implicat partem totius metaphysici identificari formaliter cum toto metaphysico, aut e contra totum cum parte; Praeterea illa sunt idem formaliter, quorum unum non potest concipi seorsim ab alio, & in quo non possunt distingui diversae formalitates, statim enim ac distinguuntur, habetur distinctio formalis; sed si verius superius comparatur cum inferiori, si verius cum superiori, habentur diversae formalitates, & unum potest concipi sine alio, superius enim concipi potest sine inferiori, ut animal sine homine, & alia est formalitas animalis, alia hominis, quomodo ergo invicem formaliter identificari possunt.

210 Alter tamen modus, & magis proprius explicandi identitatem, & distinctionem formalem est aliorum Scotistarum, & praeterea Recentiorum, ut illi dicantur eadem formaliter, quae habent eandem formalitatem, & rationem conceptibilem ex natura rei, & illa contra formaliter distincta, quae habent aliam, & aliam formalitatem, siue rationem conceptibilem ex natura rei, quo sensu superius, & inferius sunt formaliter ex natura rei distincta, quia ratio humanitatis alia est a ratione animalitatis, esse eam includat, in uno per hoc quod eam includit, & non ab ea includitur, dicitur habere distinctam rationem formalem ab ea; ita ex veterioribus Scotis hanc distinctionem explicant Tatar, Boner, Burlier allegati disp. cit. log. in explanatione distinctionis formalis, & in hoc sensu explicat memores Scoti Rubion. 1. d. 3. qu. 3. in fine, & passim caeteri Recentiores Scotis Faber tract. formalit. Vulpes tom. 1. p. 1. disp. 8. artic. 6. & tom. 3. disp. 49. artic. 2. Meurill. lib. 2. Metaph.

cap. 3. qu. 4. Smifing. tract. 2. de Deo uno disp. 1. qu. 2. Poncius tom. 3. sui Cursus disp. 20. qu. 2. Rada 1. p. controv. 4. Mercen. in log. cap. 1. de univer. disp. 1. qu. 2. sec. 1. num. 13. Polsan. 1. d. 8. disp. 1. Barthol. de Sola 1. d. 2. qu. 7. art. 3. Arret. in Formalit. com. 35. ubi pro se danda Scotistarum in hac re contravertit assignant tres illas acceptiones identitatis, & distinctionis formalis a nobis supra ex Scoto assignatas num. 165. & in Logica loc. cit. & denique identitatem, & distinctionem formalem hoc secundo modo explicatam recipiunt etiam nonnulli ex externis Foglec. 5. Met. cap. 6. qu. 5. sect. 2. Achillan. tract. de distinctio. cap. 20. 23. & 26. Amic. tr. 4. Log. qu. 3. dub. 3. & 4. & de distinctio. qu. 14. Gillius lib. 2. de essent. Dei tract. 5. cap. 2. de distinctio. de praesent. lib. 5. de visione Dei qu. 5. art. 4. Gomib. in Praefat. Porphyrii qu. 4. art. 2. Bonherb. in Concord. Aqid. tract. 3. de passionibus entis art. 3. dub. 2. & alii nonnulli. Quamvis autem primus modus explicandi identitatem, & distinctionem formalem fundamentum habeat in doctrina Scoti, ac etiam sit in usu apud Scotistas, & alios, atamen hic secundus magis frequens est, & proprius, ut dictum est in Log. & supra num. 165. & ratio de qua ex 5. Metaph. 20. quia si omnis identitatis fundamentum est unitas, & distinctionis pluralitas, consequens est, ut quaecunque unam, & eandem habent formalitatem, siue rationem conceptibilem, sint formaliter eadem; quae veritas, & aliam, sint formaliter diversa. Et quidem de identitate, & distinctione formalis in hoc sensu loquitur Doctor 1. d. 3. qu. 4. cum ait, divina attributa ab invicem formaliter distinguuntur, quia ratio bonitatis non est ratio sapientiae, & 2. d. 1. qu. 5. s. ad questionem istam, cum ait, relationem transcendentem, quamvis sit realiter eadem fundamentum, adhuc tamen formaliter ex natura rei ab ipso distinguitur, quia respectus non includit formaliter rationem absolutam, nec absolutum includit rationem respectus, & 2. d. 3. qu. 1. cum ait, differentiam individuaalem, & naturam communem, licet realiter identificentur, adhuc tamen formaliter ex natura rei distinguuntur, quia natura est per se, & intrinsece communicabilis, haec autem incommunicabilis, & sic etiam alibi frequenter loquitur de hac distinctione media in realem, & rationis.

Ex dictis facile est videre, quae Pasqualis, num. 209. obicit contra primum explicandi modum identitatis, & distinctionis formalis a nobis Formalistis assignatum, eius namque rationes probant solum ultra illum modum identitatis, & distinctionis formalis, alium adhuc assignari debere magis proprium, & frequentem in scholis, illum nimirum, qui ab aliis Scotis assignatur sub num. 210. & cum inferat ex prima illa explanatione sequi in ipsa identitate formalis distinctionem formalem reperiri, quia includens, & includens diversas dicitur formalitates, ac rationes conceptibiles, hoc probat solum distinctionem formalem iuxta secundam explanationem reperiri cum identitate formalis iuxta primam explanationem, quod non inconvenit, quia identitatem modum, & acceptionem, alioquin idem illa Pasqualis, argumenta. Quo etiam pacto non repugnet dari identitatem formalem, ac etiam distinctionem non mutuum in prima acceptione, iam declaratum est supra num. 191. dum explicatam identitatem, & distinctionem essentialium, ut dicitur de constitutivis, quae cum identitate, & distinctione formalis in hoc sensu profertur coincidunt; ratio enim hujus est, ut ibi dicebamus, quia identitas, & distinctio formalis in hoc sensu non fundatur super unum, & multa, nec pertinet ad primum modum relativorum, sic enim bene concluderentur argumenta Pasqualis, nam relationes illius modi utrumque extremum eodem modo denominant, sed fundatur super rationem consequentem, & consequenti, quia si est consequens in primo modo, identitatem formaliter cum constituto, si non consequens, distinguitur formaliter ab eo, unde potius pertinere videntur ad relationes secundum modum, quare argumenta illa concludunt solum de identitate, & distinctione formalis iuxta secundam explanationem, in quo sensu utique pertinet ad relationes primi modi, & fundatur super unum, & multa, atque inde in utroque relationes mutuae, ac eodem modo utrumque extremum denominantur; quamvis autem identitas, & distinctio iuxta secundam explanationem in mutuum, & non mutuum distinguuntur, quae adhuc distingui potest, ac debet in adequatam, ac inadadequatam, prima est, quae inter ea veritatem, quorum unum non includitur in alio essentialiter, nec e contra; altera est, quae reperitur inter ea, quorum unum includitur in alio, in quo aliquid aliud etiam includitur. Ex dictis autem solvuntur, quae contra hanc distinctionem formalem non mutuum veterem Scotistarum obiciunt Faber tract. Form. cap. 8. & Poncius disp. cit. num. 75.

ARVICULUS I

Resolutio quaestioni.

211 Dicendum itaque pro resolutione quaestio, quod licet primus bonus, & legitimus, alter tamen potior est, & magis proprius, ac frequentior in Scholis, quod satis constat ex torrente Doctorum tum nostrorum, tum exterorum hujus saeculi, qui in hunc modum, & iuxta

ta eam acceptionem de identitate, & distinctione formalis loquuntur. Et ratio hujus est, quia in communi modo loquendi prima acceptione identitatis, & distinctionis formalis explicatio solet sub nomine identitatis essentialis, ut constat ex dictis qu. 2. hujus Disp. dicimus enim animal esse de essentia hominis, & cum homine essentialiter identificari, & hic est communis, ac usitatus loquendi modus; e contra vero, quando plura diversae definitionibus explicantur, & diversos habent obiectivos conceptus, dicimus illa plura habere formalitates, & formaliter distinguuntur, cum vero in eodem communicant obiectivo conceptu, dicimus illa eandem habere formalitatem, seu formaliter a parte rei identificari, & solum per intellectum distinguuntur, quomodo se habent apud Scotum quol. 4. generativitas, generatio, & paternitas in eadem relatione constitutiva prima personae, virtus calefactiva, & defecativa in Sole, &c. cum ergo dicimus aliqua plura formaliter ab invicem distinguuntur ex natura rei, vel identificari absolute loquendo, accipienda est identitas, ac distinctio formalis iuxta secundum modum signatum num. 210. ut nimirum ea dicantur formaliter ex natura rei distinguuntur, quando ratio obiectiva in eis alia a ratione obiectiva alterius, non autem iuxta primum modum, quia modus ille assignari solet in communi modo loquendi sub nomine identitatis, & distinctionis essentialis. Haec tamen constat in quo sensu praecipue aeternatur in schola nostra hoc sensu sumpta, & explicata seecurata a reali, & rationis; cum enim veritatem inter extrema a parte rei actu diversa, & ante omne opus intellectus, videtur esse realia, & cum inter illa extrema non sit separabilitas a parte rei, sed solum secundum nostrum conceptum, videtur potius distinctio rationis, quam ex natura rei.

Primo igitur solet id explicari a Recentioribus Scotis supra relatis, illa, quae ex natura rei ab ipso distinctione distinguuntur, in duplici sensu differentia, quaedam, quae de potentia Dei absoluta possunt mutuo, vel saltem non mutuo separari, & extrema sic separabilia realiter distinguuntur, alia, sunt extrema distincta ex natura rei, quorum neutrum adhuc divinum nec mutuo, nec non mutuo separari possunt, & haec est distinctio formalis ex natura rei, quae commpossibilis est cum identitate reali, ita quod Osvied. explicat quidam Scotus Hispani superius citati distinctionem formalem, ut seecurata a reali, & sic etiam loquitur Smifing. tract. 2. cit. n. 50. dum inquit, signum ad cognoscendum in aliqua re, an distinctio actualis in re sit tantum formalis, vel realis esse, quod distinctio essentialis non possunt, vel possunt realiter separari, ac seorsim existere saltem per Dei potentiam, nam si priori modo se habeant, & tamen de illis veritatem contraria apud intellectum perfecte concipiuntur, formaliter, si posteriori modo, realiter distinguuntur, sic etiam dicitur Amic. cit. tract. de distinctio. q. 14. art. 2. n. 3. ubi dicitur distinctionem formalem esse illam, quae est inter duos conceptus obiectivos, qui dicuntur formalitates, quorum neuter est sufficiens per se separatum existere, sed existunt in re, quam constituunt; dicitur esse inter duos conceptus obiectivos, ut distinguatur a distinctione reali, quae est inter res, dicitur quorum neuter, &c. ut distinguatur a modali in sensu Recentiorum; & tandem dicitur, quod existunt in re, ut distinguatur a distinctione rationis, quae nunquam existit, nisi obiective in intellectu. Hic modus declarationis distinctionis formalis, prout seecuratur a reali, facile reicitur ex dictis supra n. 186. ubi ostentum est, quod licet separatio actualis, vel possibilis duorum extremorum ad invicem sit sufficiens signum realis distinctionis inter illa, non tamen est adequatum, & convertibile, quia multa sunt ab invicem inseparabilia etiam per potentiam Dei absolutam, quae adhuc realiter distinguuntur, ut constat de toto, & partibus in sententia Scoti, de materia, & forma, subjecto, & passione in sententia Thomistarum, de singularibus unionibus materiae, & formae, quibus invicem connectuntur, nam una unio nequit ab altera divelli, ut sine illa existere, ergo non bene constituitur distinctio formalis, nec a reali ree seecuratur per inseparabilitatem omnimodam extremorum, quia etiam extrema realis distinctionis licet esse possunt inseparabilia a parte rei, ut dictum est loc. cit.

212 Poncius disp. 20. cit. q. 2. ut ostendat possibilitatem formalis hujus distinctionis, ut seecuratur a reali, & rationis distinguuntur tria genera positivorum, quae sunt a parte rei independentes ab operatione intellectus, nam quaedam sunt, quae per se sine illis aliis rebas existere possunt, ut Petrus, & Paulus, quaedam quae licet sine aliis esse non possunt, tamen de novo advenire possunt alicui rei, per se potentes existere, ut relationes omnes realiter distinctas huius fundam. mentis, & denique quaedam alia, quae neque per se existere possunt, neque de novo alicui advenire, unquam esse possit sine ipsis, nec e contra, & hoc ait esse omnes gradus metaphysicos, qui dicit solent formalitates, unde formalitatem definit esse aliquid positivum, quod secundum se non potest existere per ullam potentiam, includitur tamen in re potente existere secundum se, distinctio igitur formalis, prout a reali, seecuratur, ait esse illam, quae veritatem inter extrema positiva tertii generis, & possibilis talis distinctionis ex eo deducit, quia nequit assignari repugnantia aliqua, cur huiusmodi positiva tertii generis non possint poni a parte rei. Hic quoque dicendi modus coincidit cum praecedenti, cum sit discernat distinctionem forma-

Jem a reali, recurrit ad inseparabilitatem, vel inseparabilitatem extremorum, ait enim distinctionem formalem inter ea extrema veritari, quae invicem necessario petunt semper esse connexa, nec unum ab alio separari potest etiam per Dei potentiam, atque idem reiciendum est, sicut praecedens. Accedit specialiter contra Poncium fallam esse definitionem formalitatis ab ipso traditam, dum ait formalitatem esse aliquid positivum, quod secundum se non potest existere per ullam potentiam, includitur tamen in re potente existere existere secundum se, plane tota haec definitio convenit relationibus praedamentibus a fundamento realiter distinctis, quae tamen etiam secundum ipsum sunt res, & non realitates, ut formalitates, consequentia probatur, quia paternitas, vel similitudo est aliquid positivum, quod secundum se non potest existere per ullam potentiam, includitur tamen in re potente existere, quae est definitio formalitatis tradita ab ipso.

Ut igitur ostendamus, quo pacto seecuratur distinctio formalis a distinctione reali, & rationis, ac etiam virtuali, dicendum est, distinctionem formalem per hoc praesice distinguuntur propria dicta, quia extrema huius sunt res, quae nimirum sunt propriae existentiae capaces, & physicae causalitatem terminare possunt, siue solitariae, siue cum aliis conjunctae, extrema vero illius sunt realitates, seu formalitates, id est varii gradus essentiae ejusdem rei, qui nec propriam possident existentiam, nec physicae causalitatem terminare possunt, sed omnes, & singuli existunt existentia illius integras essentiae, cujus sunt gradus essendi, & ad eius productionem consequi intellegendum sequela quadam, siue emanatione metaphysica, quod totum satis constat ex declaratione, & discrimine nominum Rei, & Realitatis, siue Formalitatis assignatis supra num. 160. & sequo adhuc amplius declarari potest, quia in homine v.g. ultra res physicas, quae sunt ejus physicae partes, nempe corpus, & anima, reperitur etiam realitates metaphysicae, quae sunt varii gradus essentiae ejus, ut v.g. realitas animalis, rationalis, risibilis, &c. quae quidem rationes non purificantur per solas praescriptions formales, ut solent dicere Nominales, id est per solam pluralitatem, & distinctionem conceptum formalium mentis, quia intellectus non producit per actionem suam has rationes in homine, sed illas jam formatas, & purificatas reperit, alioquin homo non esset animal rationale, nec risibile a parte rei, sed tantum per opus intellectus. Neque huiusmodi rationes purificantur, vel distinguuntur in homine per solas praescriptions obiectivas, id est per conceptus obiectivos intellectus, quibus partiri potest intellectus in totum, & a parte rei penitus indifferens, ut solent dicere Thomistae, quae gradus illi dicant plures rationes inadadequatas tantum apud intellectum hominem imperfecte, & inadadequate concipientem, qui si actu adaequato intelligeretur, unica tantum ratio conceptibilis in ipso apprehenderetur, et adaequate correspondens; Hoc enim fallum est, quia nec homo, nec angelus, nec alia quaelibet creatura est simplex aliqua entitas a parte rei, nedum enim physice ex variis partibus essentialibus, aut accidentibus, sed etiam metaphysice ex variis gradibus essendi est composita, & idem quantumcumque adaequate concipitur, concipi nequit nisi sub variis, & distinctis rationibus; quae licet sint adaequatae in ordine suo, quantum singulari propriis praefecerunt realitates in ordine tamen ad integrum, & totam essentiam, quam constituunt, sunt inadadequatae.

213 Hinc apud Scotistas Formalitas definiti solentur actionem obiectivam conceptibilem in re aliqua conceptu perfecto, & adaequato distinctio a conceptu quo concipitur alia formalitas ejusdem rei. Ex quo deducitur de ratione Formalitatis esse, quod sit immerita per identitatem realem in re propriae dictae, sitque haec aliquid, quatenus est quidam gradus essendi ejus, unde licet humanitas, & equitas sint rationes obiectivae conceptibiles sine se invicem, aut realitates appellari debent, quia non sunt aliquitates rei, sed potius ipsa tota res, ac essentia; dicitur autem conceptu perfecto, & adaequato, quia ratio obiectiva inadadequate conceptibilis propriae nequit dici Formalitas, ut ratio entis, boni, & consuetudine gradus transcendentis, istae enim rationes non sunt conceptibiles in re conceptu perfecto, & adaequato, sed tantum inadadequate, neque observantur, nisi intellectu rem inaequato, & confuso concipienti, quae etiam ratione modus intrinsecus apud Scotistas assequi nequit nomen formalitatis propriae dictae, quia non est ratio obiectiva conceptibilis conceptu perfecto, & adaequato sine re, vel quidditate, cujus est modus. Ex his deducitur male a quibusdam Formalistis distinguuntur Formalitatem in totalem, & partialem, seu adaequatam, & inadadequatam, ut humanitas respectu hominis est formalitas totalis, quia dicit totum illius esse, animalitas vero est formalitas partialis, quia dicit partem, sicut, & rationalitas, hoc, inquam, non bene dicitur, quia cum Formalitas sit actualitas rei, & quidam gradus essendi ejus, nunquam importare potest totam rei essentiam, sed tantum partem, unde sicut alio nomine dicitur Realitas, quod est diminutivum rei, ut ostendatur non importare totam rem, sed aliquid rei, ita etiam dicitur Formalitas, quod est diminutivum formae, & quidem non dicere totam formam, vel totam rei essentiam, sed quidditatem, sed tantum aliquam partem formae, & essentiae, seu aliquem gradum ejus in primo, vel saltem secundo modo dicendi per se. Et haec tandem est ratio, cur quae formaliter tantum distinguuntur, appellatae sint formalitates diminutivae vocabulo, & non

formae, quia nimirum sunt aliquitates, & gradus formae, seu essentiae rei, non autem tota ipsa rei essentia, unde nomen Formalitatis derivatum est non a forma partis, sed a forma, quae solet appellari totius, & importat ipsam rei quidditatem, & essentiam; adhuc tamen distinctio inter hominem, & animal dicitur fore formalis ratione unius extremi, quod est proprie formalitas.

274 Secundo principiter variis vis ostendi fore necessitas huiusmodi distinctionis a Scotis, quae aliqua indigent declaratione, ut bene concludatur; & quidem prima est via definitionis, nam multa realiter identificantur, quae tamen variis definitionibus explicantur, ut docet Arist. de genere, ac differentia 3. Met. de actione, & passione 3. Phys. 22. cum igitur definitio explicet esse formale, & quidditativum, quod habent res a parte rei antecederent ad quodcumque opus Intellectus, concedenda est inter illa plura aliqua distinctio actualis a parte rei, quae sit maior distinctio rationis, & virtualis, & minor reali. Conf. quia separabilitas indicat proportionem distinctionem in extremis separabilibus, sicut ergo separabilitas secundum rem arguit inter extrema sic separabilitas distinctionem realem, ita separabilitas secundum conceptibilitatem exigita actu ex natura rei arguit aeternalem distinctionem ex natura rei maiorem distinctionem rationis, & minorem reali rationes sic conceptibiles. Verum ut hac via recte procedamus ad ostendendam necessitatem formalis distinctionis, ad vertendum est, id intelligendum esse de definitione, quae traditur per conceptus adaequatos, haec enim est, quae verè rem exprimit omnino, ut se habet a parte rei ante quodcumque opus intellectus, definitio autem, quae traditur per conceptus inaequatos, non exprimit rem omnino, ut se habet a parte rei formaliter, & actualiter, sed tantum fundamentaliter, & virtualiter, & ideo pluralitas talium definitionum non arguit inter illa plura distinctionem formalem, & aeternalem, sed tantum virtualem, & fundamentalem; & ideo supra diximus distinctionem formalem sumi ex separatione conceptibilitatum in ordine ad intellectum perfecte concipientem, si enim talis intellectus dicit unam rationem non esse aliam, non utique possunt tales rationes obiectivè a parte rei esse omnino idem, alias cognitio illa non esset vera, & perfecta. Sed licet id intelligi debeat de definitione, quae datur per conceptus adaequatos, nequaquam tamen hoc debet intelligi de definitione proprie dicta, quae datur per conceptus adaequatos importans genus, & differentiam, quia ut dictum est supra in hac disp. n. 206. definitio proprie dicta, ut constat ex genere, & differentia, non convenit formalitatibus metaphysicis, sed essentias rerum integris, & rebus dumtaxat propriam essentiam, & existentiam habentibus, & ideo ex differentia talium definitionum non solum inter definita inferitur distinctio ex natura rei formalis, sed distinctio essentialis illa, quae coincidit cum distinctione reali naturarum ex dictis n. 195. hic ergo sumitur definitio pro solo conceptu obiectivo, adaequato tamen, & perfecto, quia hic etiam formalitatis convenit, & earum naturam exprimit, ut sunt a parte rei, ut etiam dicemus infra d. 8. n. 204. Rursum, ut ibidem dicemus n. 205, & 274. non ex quibuscumque definitionibus rerum, ac descriptionibus colligi rectè potest distinctio formalis, praeterim vero quando assignantur in ordine ad operationes, dantur enim plerumque tales definitiones potius ad insinuanda varia ejusdem rei munera, quam ad explicandam ejus essentiam, & formalitatem, ut constat de intellectu, qui secundum eandem formalitatem a parte rei, & per eandem proforsus virtutem, & facultatem est principium simplicis apprehensionis, iudicii, & discursus, & quatenus consideratur in ordine ad simplicem apprehensionem, non eodem modo definitur, sicut quando consideratur in ordine ad alias operationes.

His ergo observatis optima est via adducta ad ostendendam necessitatem formalis distinctionis, & facile evidenter quaequidem adducunt Adversarii ad hanc viam procedendum; quod enim dicere solent definitionem non explicare res secundum esse reale, & subiectivum, quod habent a parte rei, sed tantum secundum esse obiectivum, quod habent in intellectu, licet id in aliquo sensu possit admitti de definitione tradita per conceptus obiectivos inaequatos apud intellectum confusè concipientem; hoc tamen omnino falsum est de definitione tradita per conceptum obiectivum adaequatum, ut dictum est disp. 1. Log. qu. 5. art. 2. & rursus infra dicitur disp. 8. n. 204. definitio enim sic tradita exprimit naturam rei, & per talem definitionem exprimitur esse rei quidditativum, & formale, ut notat Scot. quol. 1. lit. E. non autem esse, quod accipit per apprehensionem intellectus, quia tale esse non est reale, sed rationis. Quod etiam dicitur ad realitatem, ad adventitium, & accidentarium. Quod etiam dicitur inter aliqua distinctionem ex natura rei formalem, quia eadem res omnino simplicissima potest habere diversas definitiones, secundum quod respicit diversas operationes, vel connotatas extrinsecas; hic, inquam, Nominalium occursum argumentum, allatum non enervat, quia non fit in eo sermo de quibuscumque definitionibus, & descriptionibus ut canq; datis in ordine ad diversas operationes, & connotata extrinsecas, sed de definitionibus quidditativis, quibus res secundum esse consideratè definiunt, & non per ordinem ad extrinsecas, tunc enim proprie definitio exprimit conceptum essentialem, & quidditativum rei, ex his inquam, definitionibus falsum est, non rectè colligi formalem distinctionem inter definita, quando eorum definitiones sunt diversae, ut magis explicabitur in

frà disp. 8. num. 205. agendo de distinctione formali graduum praedicationum.

275 Terrò solet quosdam ostendi a Scotis huius distinctionis ex via contradictionis, nam de quibusdam a parte rei realiter identificantur verificantur contradictionis quaedam ex natura rei, ut constat de animalitate, & rationalitate realiter identificantur in homine, nam animalitas hominis a parte rei convenientiam aliquam habet cum animalitate bruti, non tamen rationalitas, cum ergo praedicata contradictoria eidem omnino a parte rei competere negantur nullam in se habent distinctionem, vel non includunt in se aliqua sic distincta, fatendum est animalitatem, & rationalitatem in homine ex natura rei distingui, & antequam intellectus operationem, cumque haec non sit distinctio realis, ac entitativa, fatendum est esse genus quoddam distinctionis minoris quidem distinctione reali, sed maioris distinctione rationis, & virtuali, ut potè, quae a dualiter antevertit omne opus intellectus. Sed ut hac quoque via rectè procedamus ad concludendam formalem distinctionem, advertendum est ex dictis disp. cit. Log. & superius etiam in hac eadem disp. num. 181. non posse hanc distinctionem inferri ex quacumque contradictione absolute sumpta, quia contradictio inferit distinctionem praesicè cum ipsa commensuratum, non maiorem, neque minorem; si est contradictio facta per intellectum, & secundum diversum esse rationis, inferit solum distinctionem rationis, ut constat in propositione identica de Petro posita a parte subiecti, ac etiam a parte praedicati; si est contradictio secundum esse reale, ac entitativum, ut esse, & non esse absolute sumpta, aut saltem secundum praedicata a tale esse praedicata, ut esse productum, vel non productum; cautum, vel non cautum, inferit realem, ac entitativam distinctionem inter extrema, de quibus veritatur; si denique est contradictio inferendum esse formale, aut praedicata a tale esse praedicata, inferit tantum formalem distinctionem, non verò reale, multè namque propositiones verè sunt in sensu reali, & identico, quae in sensu formalis non verificantur, sicut v.g. in divinis in sensu identico admitti potest essentiam esse incommunicabilem, quatenus essentia eadem res cum paternitate, quae est incommunicabilis, at falsa est in sensu formalis, qui exprimit in re rationem per se primo significatam, nam per essentiam in divinis per se primo importatur entitas communicabilis, & sic esse communicabile, quod in sensu formalis veritatur de essentia, & esse incommunicabile, quod in sensu pariter formalis veritatur de paternitate, inferit inter illa distinctionem ex natura rei formalem, non maiorem, neque minorem; hinc igitur est contradictio, ex qua rectè inferitur distinctio formalis ex natura rei.

276 Responso summus Thomistarum est ad verificandum contradictionis a parte rei sufficere, quod ante actum intellectus, in quo est contradictio formalis, in obiecto sit distinctio virtualis, seu eminentialis; quod aptè ostendunt exemplis, quia inter definitionem, & definitum obiectivè praedicata non est distinctio actualis, & tamen de illis veritatur contradictoria, ut quod definitio potest praedicari de definito, non è contra, quod definitio potest esse medium in demonstratione, non verò definitum absque manifesta principii peritioe; similiter intellectus creatus non est alius, & alius actu, quatenus practicus, & speculativus, quatenus apprehensivus, & discursivus, & tamen inquantum practicus non est speculativus, & inquantum apprehensivus non est discursivus, sola ergo virtualis distinctio sufficit in obiecto, ut contradictoria, ad se ipso veritatur a parte rei. Haec tamen communis opinio fuit impugnata est disp. 1. Log. qu. 5. art. 2. §. altera quoque solutio, & rursus disp. 9. Log. qu. 1. art. 2. ubi ex professo probatum est, distinctionem solum virtualis, seu rationis ratiocinatè non sufficere, ut duo contradictoria a parte rei ad se verificari possint; quod & rursus probari potest, quia haec distinctio virtualis non ponit actu aliquid diversum in extremis ante operationem intellectus, ergo fundare non potest veritatem actualem utriusque partis actualis contradictionis, sed poterit tantum fundare, quando accedent opere intellectus ad veritatem distinctio actualis inter extrema actu multiplicata per intellectum. Conf. quia non obstante virtuali distinctione adhuc est omnimoda identitas actualis ex parte subiecti, copulae, & praedicati, ergo ratioe illius distinctionis adhuc veritatur, nequit utraque pars contradictionis, quia idem simul esse, & non esse, quod est contra rationem primi principii. Demum extrema contradictoria inter se pugnant, & opponuntur, ut unum directè destruat aliud, ergo si duo extrema sunt omnino eadem a parte rei, sane contradictionem fundare nemo potest a parte rei, nisi simul ponit, quia positio unius destruit directè positionem alterius, si ergo simul ponuntur, debent aliquam habere inter se distinctionem a parte rei, ratione cuius tollitur contradictio, neque se invicem destruant. Neque exemplum in evasione adducta urget, nam quod illud definitio, & definitio, negare in primis Scotica nullam proforsus intercedentem distinctionem opus intellectus ante veritatem inter definitionem, & definitum, de quo diximus disp. 1. Log. qu. 4. art. 2. & Doct. 1. d. 2. qu. 2. quae etiam concessio dicitur, contradictioe illas de diversis formaliter verificari apud intellectum imperfedè concipientem, intellectus namque intuitivus, & rem clarè percipiens non magis concipit definitionem, quam definitum, ut medium, & rationem passionis. Et aliud exemplum de intellectu practico, & speculativo adhuc minus urget, cum enim dicitur intellectum practicum, ut sic, non esse speculativum, neque

quod contra non veritatur contradictio de facultate intellectiva quod sumpta, sed considerata sub illa reductione practica, vel speculativa, & sic geminantur extrema quantum sufficit ad tollendam contradictionem, quod idem dicendum est de intellectu discursivo, & apprehensivo; vide Mairon. 1. d. 8. quaest. 3. §. sic haec sunt, ubi quampures solvit confusiles instantias, & inferius numer. 291. ubi rursus de hac re.

277 Quarto probatur, quia dantur conceptus diversi quorundam, quae ex natura rei distinguuntur, cum ergo non distinguantur ex natura rei realiter, ac entitativè, quae nec separari possunt, nec se habent ut producentes, & productum, causa, & causalium physice loquendo, consequens est, ut alio genere distinctionis ab invicem ex natura rei distinguantur, quam vocamus formalem. Probatur assumptam primò ex divinis relationibus cum essentia comparatis, cuius quatuorvis sunt realiter idem, adhuc tamen aliquo pacto ab ipsa ex natura rei debent distingui, ut salvetur contradictoria a parte rei, quae de ipsis enunciantur eadem quomodoque intellectus operationem nam essentia divina est communicabilis, & de se habet communicatum Filio a Patre, paternitas vero est incommunicabilis, ut patet ex re, & haec omnia sunt vera ante quancumque intellectus operationem, & haec ad verificanda haec contradictoria admitti debet inter illa aliqua distinctio ex natura rei aequalis media inter distinctionem realem, & rationis. Et quidem si divina essentia, & paternitas in Deo Patre sunt omnino indistincta a parte rei, nunquam assignabitur sufficiens ratio, cur Patre communicaverit Filio essentiam, & non poterit communicare paternitatem. Si recurrit ad distinctionem virtualem, haec evasio jam impugnatè est, tum quia si haec distinctio sufficit ad salvanda contradictoria a parte rei, poterit protervus affirmare a nimiam suam esse unitam corpori, & non esse unitam corpori, & Angulum esse corporem, & incorporem, & alia huiusmodi absurdum, quia haec omnia salvabit per solum distinctionem virtualem, quod est ridiculum. Si recurrit ad infinitatem, nec adhuc argumentum evadit, nam adhuc ostenditur teneris, quomodo fieri possit, ut eadem ratio formalis reinfinitè sit formaliter entitas relativa, & absoluta, communicabilis, & incommunicabilis, realiter ab alio distincta, & non distincta. Tum quia infinitas non tollit veritatem primi principii, quod quidem ratione esse primatatis verificari debet in omnibus, ergo nequit esse in causa, ut de eodem omnino in re indistincto veritatur in re duo contradictoria, ut incommunicabile, & incommunicabile, esse ad se, & non esse ad se, inveniri in tribus lapsos, & non inveniri. Tum tandem quia infinitas identitatis quod omnia realiter, ac entitativè, quae in ente infinito reperitur, non tamen ea identitatis formaliter, quia non destruit rationes formales eorum, ut ostendit Doct. 1. d. 2. quae, quart. §. ad questionem, & quol. 5. per totum; sed hanc probationem ulterius prolequi est negotii Theologici; vide Fabrum, Radam, Smilich. Valp. & alios loc. cit. ubi etiam cum Scoto eandem sitaunt distinctionem verum inter relationes, & essentiam, sed etiam inter ipsam divinam attributa, quod argumentum tantum est a nobis disp. 1. logic. cit. in declaratione distinctionis formalis.

278 Deinde probatur quoque illud assumptum ex distinctione graduum metaphysicorum praedicationum, qui aliquo pacto ex natura rei a dualiter inter se distinguuntur, non tamen realiter, nec entitativè, cum inaequaliter verificentur in tertio, quod constituitur, quod autem ex distinguuntur gradus genericus, & differentialis, gradus specificus, & differentia individualis ipsum contrahens probatur infra ex professo disp. 8. qu. 6. art. 2. & disp. 9. per totam, & nunc etiam obiter probatur, nam Adversarii concedunt posse reperiri distinctionem a parte rei inter illa, quae habent diversam conceptibilitatem adaequatam, non autem quae habent inaequatam, sed ita se habent gradus genericus, & differentialis, quod diversam habent conceptibilitatem adaequatam, ergo &c. Probatur minor, nam animal quod est in homine ex natura sua est unius, & eiusdem rationis cum eo, quod est in equo, & adaequatè concipit potest secundum totam suam propriam perfectionem actualem ab eo quod concipiat rationalitas, si enim ita adaequatè concipi non possit, iam in sua perfectione aliquid includeret ipsum determinans, & sic non possit esse eiusdem omnimoditatis intrinsece in equo, & alio specifice. Neque dicatur animal illam unitatem conceptus habere ab intellectu, nam infra disp. 9. probatur cum Doctore 2. d. 3. qu. 1. dati in rebus extra quam unumque operationem intellectus sit unitatem formalem, quae est propria naturarum communium praedicationum, probatur etiam eodem minor, quia Deus non cognoscit res, nisi adaequatè, & distinctè, sed Deus cognoscit convenientiam, & differentiam inter hominem, & brutum, vel brutum non elset animal, neque in tota essentia convenire, quia tunc cognosceret brutum non minus esse animal rationale, quam sit homo; ut ergo cognoscatur a Deo convenientia, & differentia hominis, & bruti, planè concipere debet gradus illos, ut ex natura rei, & adaequatè distinctos, quod si eos non ita concipit, certè differentiam inter hominem, & brutum, nec convenientiam inter illa attingit, quod est absurdum, Posset etiam probari distinctio ex natura rei inter gradum genericum, & differentialem esse compositionem metaphysicam, quae ex illis resultat, & talis est, quod

divinae simplicitatis repugnat, atque ideo est aliquo modo realis, & non rationis tantum, ut ex professo probatum est disp. 5. Log. qu. 3. art. 2. compositio autem debet esse eodem modo inter se distincta, quo compositioem efficiunt, unde si concludunt compositionem ex natura rei, sic etiam distinguuntur, cum Adversarii talem distinctionem ex natura rei formalem inter divinas perfectiones admittunt non ob summam Dei simplicitatem, eam tamen negare non debent in essentia creaturae, quae exigit compositionem non solum accidentium, & modorum, sed etiam intrinsecam, & essentialem, cum nequeat secundum essentiam, adaequatè perfectionem divinam simplicitatis, quae etiam diversis conceptibus inaequatè concipi potest, ut dicitur de essentia creata, unde divina, & creata essentia aequales forent in simplicitate, & quoad compositionem ex his.

Rursum probari potest primum illud assumptum ex subiecto, & passione, haec enim realiter non differunt, ut probatum est contra Thomistas d. 5. Log. qu. 4. art. 1. quod etiam a ipsi concedunt de affectionibus saltem transcendentibus entis, & tamen non possunt sola ratione ratiocinante, aut ratiocinaria distingui, ergo necesse est admittere distinctionem quaedam mediam aeternalem in rebus minoris distinctione reali, ac entitativa, & maiorem distinctione rationis ratiocinantis, vel ratiocinabilis; quod vero non possunt tantum ratione distingui, probatum etiam est loc. cit. & rursus suaderet, quia scientia realis est cognitio rei, per causam propter quam res est, & quoniam illius causa est, ergo necesse est quod affectiones ex natura rei a subiecto pullulent, ideoque ex natura rei ab ipso discernantur, tum quia si per solum illam haberent virtutem extrinsecam haec distinguerentur, ut v. g. homo, & risibile, cum demonstramus risibilitatem de homine per rationale animal, demonstraremus hominem potius sic concipi putari sub risibilitate, quia concipitur hoc alio modo, puta quia concipitur sub conceptu rationalitatis, quam verò hominem esse hoc per hoc, unde & ulterius sequitur, quod omnis quaevis esset de modo, quo res concipitur, & per quod concipitur, nulla autem de modo, quo res est, & de causa propter quam res est, & sic nulla esset scientia realis. Posset denique illud idem primum assumptum probari ex anima, & potentis eius, quae necessario distinguuntur debere haec distinctione media satis abundè demonstratur est disputat. 2. de Anim. qu. 1. cum nec realiter, nec sola ratione distingui possint, quod & Arist. expresse 3. de Anim. text. 27.

279 Quinto indecorum est Metaphysico distinctionem hanc mediam in Scholam invchere abstrus Ar. beneplacito, probatur ulterius, necessitas huius distinctionis ex variis ejus locis quorū aliqui licet exponi possent de distinctione rationis ratiocinantis vel ratiocinatæ, quia tamen non nisi cum violentia textus talis suscipere possunt expolitionem; 4. Met. text. com. 3. ait, quod esse, & unum sunt una natura, & hoc idem dicit 4. Topic. cap. 1. distincta verò ratione quidditativa, & per consequens sunt eadem realiter, & distincta formaliter. Et 3. Met. 10. ait, genus esse extra rationem differentiarum, itant forma liter se invicem excludant secundum proprias rationes formales, ex quo sequitur genus, & differentiam hac distinctione media fecerim, si enim a parte rei essent prorsus idem, planè differentiae participarent genus. Et 5. Ethic. inquit, virtutem, & iustitiam esse eandem rem, esse tamen distincta secundum rationem quidditativam, quod est esse distincta formaliter, & 3. Phys. 21. ait actionem, & passionem esse idem realiter, sed ratione distingui, quia habent aliud, quod quid est, quod est distinctio formaliter, ubi nota ex Scot. 4. d. 13. qu. 1. quod cum ait Arist. actionem, & passionem esse realiter idem, quod distinguuntur, cum diversa constituant praedicationem, & sint in subiectis realiter diversis, sed loquuntur de actione pro re ad ea, eadem namque actio ad ea, & forma producta, nempe caliditas in aqua per habitudinem, quam habet ad agens, scilicet ad ignem, appellatur actio, & per habitudinem ad passum in quo recipitur, nempe ad aquam, dicitur passio, & ideo exdemmet forma, quatenus est ab agente, dicitur actio, & quatenus in patiente recipitur, passio appellatur. Non sufficit, quod inquit Suarez. cit. disp. 7. sec. 1. distinctionem nempe per inaequatos conceptus ejusdem motus satis esse ad distinguendam actionem, & passionem; nam ratio actionis, & passionis verè in re sunt, quarum, una non est in re alia, quia motus a parte rei habet habitudinem ad agens, a quo est, & ad passum, in quo est, & harum habitudinum una non est in re altera; tum quia hinc sequeretur, quod dempta omni habitudine, ad intellectum inaequatè concipientem, nulla esset actio, & passio in rebus, unde Deus, qui adaequatè omnia intelligit, cum ignis aquam calefacit, nec igitur agens a passio discernere; tum tandem quia Ar. ibi addidit, & quod quid erat esse, ut explicaret genus distinctionis, distinguunt autem definitione, & ratione essentiali non est tantum ratione distingui per conceptus inaequatos; sed per earum formalitates ex natura rei.

Item 3. de Anim. text. 9. habet, quod aliud est magnitudo, & aliud magnitudinis esse, caro, & carnis esse, & vult quod magnitudinis esse alia virtute cognoscatur, & alia virtute magnitudo, esse enim magnitudinis apprehenditur per intellectum, & magnitudo per sensum, palam autem est quod magnitudinis esse non distinguitur realiter ab ipsa magnitudine, sicut nec quidditas ab eo cuius

Enus est quidditas ex eodē 7. Met. 20. p. am item est non sola ratio de distinguenda illa extrema nempe magnitudo, et magnitudinis esse non habent esse rationis, quod necessarium est ad distinctionem rationis. tum etiam quia dicitur hęc duo per aliam virtutē apprehendi, obiecta autem apprehensa ab alia, et alia potentia non possunt sola ratione distinguī, cum ergo secundum Ar. magnitudo, et magnitudinis esse distinguuntur non nisi distinctione, ita media distinguuntur. Dēmi id aperit docet 7. Met. 20. 2. et 1. ubi habet, quod in abstractis a materia idem est quod quid est cum eo cuius est, idem idem est natura, & habet naturam in conceptis vero cum materia non est idē quod quid est eū eo cuius est, idem natura, & habet naturam, quod idcirco verificari docet Scot. 2. d. 3. q. 6. c. 3. d. 2. q. 1. quia secundum Ar. sententiam in abstractis a materia natura est de se hęc sine differentia addita, in communis vero a materia natura non est de se hęc, sed hęc per differentia individualē contrahentem, tunc sic, sed in communis cum materia natura, & habet naturam nec realiter, nec sola ratione distinguuntur, etiam ratiocinatio, ergo secundum Ar. hac distinctione media distinguuntur debent, probatur minor, quod enim realiter non distinguuntur, apud omnes exploratum est, quod vero nec, sola ratione etiam ratiocinatio, probatur omnibus illis rationibus, quibus probatur solent in schola nostra differentiam individualē a natura communis, quā contrahit, ex natura rei actualiter distinguuntur, ac etiam fiunt, ex eo quod ait Ar. loc. cit. inquit enim, hęc duo distinguuntur in communis cum materia, minime tamen in abstractis ab ea, tunc subinvenit, sed in abstractis a materia hęc duo possunt ratione distinguuntur, esse non sint distincta ex natura rei, ergo in communis cum materia concedit Ar. inter hęc duo maiorem distinctionē, quam sit distinctio rationis, & erit hęc distinctio media, de qua hic est sermo his, & cōsimilibus auctoritatibus probat Bon. trac. Formalit. hęc distinctione, ex Ar. c. de dist. ex natura rei, & alii Formalit. passim.

220 Sexto tandem nonnulla signa formalis distinctionis propria solent a Formalibus assignari trac. Formalit. ar. ult. ubi Siret. pro prima regula ad inveniendū formalem distinctionem assignat viam exclusionis, omnia enim quę sic habent quod unum non est de conceptu quidditativo alterius, illa formaliter distinguuntur, atque ita est contra via inclusionis indicat idem tamen formalem. Verum licet hęc regula de se possit ad investigandam identitatem, & distinctionem formalem in eo primo sententia quo explicatur ab antiquioribus formalistis cit. n. 203. tamen in hoc deficit, quod nec propria est distinctionis formalis in eo sententia, cum eū bene de se servare possit ad indagandam identitatem, & distinctionem essentialē, neque conducere potest ad inveniendam identitatem formalem in sensu quo explicatur ab aliis Scotistis n. 2. 10. qui est magis proprius, frequentior, & hic magis intentus, nam quantumque inferius includat superius, & superius includatur in inferioribus, adhuc tamen in eo sententia dicuntur formaliter distinguuntur etiam in ratione includentis, & includi, quia alia est formalitas, & conceptus obiectivus hominis v. g. includentis animal, & alia est formalitas animalis includi in homine, ergo tam includens formaliter distinguuntur ab includo, quam etiam includum ab includente, atque ita ea regula inutilis est ad hanc identitatem inveniendam. Deinde inquit Mag. Form. posse hanc distinctionem vestigare via definitionis, vel descriptionis, si tamen hęc contra natura sit ex genere, & propria passione, quę cum habet se diversā a definitione, vel descriptione, illa formaliter distinguuntur. Sed hęc regula nisi melius explicetur, ad neutrum est etatis, & distinctionis formalis modum inveniendum deservit, non ad primum quia iuxta primum explicandi modum animal dicitur identificari formaliter cum homine, quia est de conceptu eius quidditativo, & tamen distinctas habent definitiones, neque deservit ad alterum distinctionis formalis modum inducendum, quia si definitio, & descriptio constat ex genere, & differentia, vel ex genere, & propria passione, deservit ad indagandam distinctionem essentialē, vel realem naturarum integrarum, non autem formalem realitatem, quia ut dicebam n. 214. definitio, & descriptio, ut constat ex genere, & differentia, vel propria passione, non conveniunt formalitatis Met. fed essentialis rerum integris, & rebus propriam essentialitatem, & existentiam habentibus, & idē ex talium diversitate definitionum non solum inferunt distinctionem formalem ex natura rei, sed etiam distinctionem essentialē, vel realem naturarum, ut ergo hac regula bona fit, intelligenda est iuxta doctrinam traditam p. d. c. n. 214.

221 Aliud quoque signum pro formalis distinctione vestiganda assignat Amicus trac. 1. de dist. q. 14. art. 5. & est diversitas essentialis cum identitate realium constat inquit, illam diversitatem petere distinctionem in rebus, non realem, ut supponit, negationis, quia reus essentialis non pendet a ratione, et ad hoc signum ait vocari nullam signa a Scotistis postea, viam nempe definitionis, & descriptionis. Sed neque hoc placet, quia ut dictum est supra d. 3. n. 4. omne esse proprie loquendo illam significat naturam, cui non repugnat esse existentie, unde bene notavit Tromb. 5. Met. q. 6. ar. 2. latius patere nomen quidditatis nomine essentialis, quia dicitur de pluribus formalitatibus in eadem identificatis, quę unam solum dicuntur habere essentialitatem, ut constat in divinis, ubi est unita etiam essentialis, sed plures quidditates, & formalitates in ea identificatę, ut quidditas intellectus, voluntatis, iustitię, sapientię, &c. & cum ergo nomen essentialis rem proprie importet, & integrum naturam ad existentiam ordinat, diversitas essentialium inducet distinctionem essentialē, ad realem naturarum, & non formalem ex natura rei d. 2. 1. 1. ad etiam signum formalis distinctionis

Trōb art. ult. Formalit. adducit ex Mairon. & est via reduplicatio nis, ut quando aliquid convenit alicui subiecto, ut est tale, non autem tale, quod in tale, & tale est distinctio ex natura rei. Sed falsum est quod inferunt quę aliquid alteri tribuunt cum reduplicatio ne ex ea induci universaliter loquendo formalem distinctionem, licet enim hoc contingere possit, ut cum dicimus hominem esse risibilem, quatenus rationalis est, non quatenus sensibilis, tunc enim, ex tali reduplicatio ne nisi formalis distinctio inducitur inter rationale, & sensibile, tamen etiam fieri potest, quod inferatur maior, vel etiam minor distinctio iuxta conditionem reduplicatio nis, cum enim dicitur parietem digregare visum, quatenus album, non quatenus quatuor, tunc reduplicatio fiat cū distinctione reali, & cum dicitur genus predicari de pluribus speciebus quatenus genus, non quatenus speciem universalis, tunc reduplicatio fiat cum distinctione rationis, adeo quod reduplicatio non minus stare potest cum distinctione reali, aut rationis, quam cum formali, & idē inutilis est ad inducendam distinctionem formalem. Quare concludendum est, quod sicut superior via ad investigandam distinctionem etiam separari aliorum in esse actuali, vel potentiali, vel saltem proportionali, ita in proposito potior via, ad dignoscendam formalem distinctionem, est separabilitas duorum secundum conceptibiles, ex natura rei exigentiam in ordine ad intellectum perfectum, & adæquate concipientem, si nempe talis intellectus dicit unam relationem non esse aliam, & quidpiam de una affirmat, quod de altera negat, plane nequeunt tales rationes obiectivę a parte rei esse omnino idem, alioquin cognitio non esset vera, & perfecta, nam ex eo, quod res prout concipitur, est vel non est, cognitio dicitur vera, vel falsa, ex capite, de subst. 4. Met. 7. & 1. de interpret. cap. 8. De hac distinctione formalis ex natura rei proprius videndus est Bonet. trac. Formal. ubi quę possibilitem, & necessitatem optime deducit, & eleganter declarat, in quo proprie differat formalitas re, & quomodo in eadem res plures formalitates eadem realitate reari possunt, ac eadem existere eorū modo, quia plura realiter distincta possunt eadem quantitate extendi, ut patet de materia, & forma in composito.

ARTICULUS II.

Argumenta ad oppositum soluta.

222 Primo contra statutam distinctionem formalem in schola Scotistarum invenitur Aureol. quod 1. art. 2. probans impossibile esse distinguere ex natura rei in eadem res plures formalitates, realitates, vel aliquid, quin proportionaliter sint plures, res, & essentialitatem, quodcumque enim aliqua sunt idem, multiplicatio uno de necessitate, multiplicatur, & reliquum alioquin idem esset simul multiplicatum, & non multiplicatum, sed ita quatuor idem sunt aliquid, res, ens, & essentialitas, ut docet Avicenn. 1. Met. cap. 5. & Aril. 3. Met. dicit quod solum nihil effugit rationem entis, cum igitur tales formalitates sint aliquid extra intellectum, alioquin non ex natura rei distinguerentur, sanē opus est, quod sint res, essentialitas, & entitates quedam, & cum ponantur plures erunt plures res, & plures essentialitates, fed ponebantur simpliciter una res, igitur erunt una res, & plures, quod impossibile est. Deinde impossibile est propriam passionem reperiri extra proprium subiectum, cum hęc sint convertibiles ex 1. Post. sed proprietates rei, essentialitas, & entitas insunt huiusmodi formalitatibus, & realitatibus, sponuntur, nam est una proprietates essentialitatis, quod opponitur formaliter nihilitati unde sunt extrema contradictionis ens, & nihil, cum igitur illę formalitates suis distinctis rationibus sint extra nihil, & opponantur nihilitati formaliter, opus est, quod infra ens claudantur, & competat eis proprietates distinctarum essentialiarum. Rursum, unum, & multa sunt de proprietatibus ens, & rei, illa autem rationes reales ponuntur multę, & per consequens quęlibet ponitur una, necesse ergo est, quod cuilibet illarum distinctę competat ratio entis, essentialitatis, & rei.

Et si dicatur, quod illę rationes formales non sunt formaliter ens, sed fundamentaliter tantum, ac identice, nec tamen sequitur, quod sint formaliter nihil, sicut nec superflue est formaliter alba, aut formaliter non alba, sed ita est concedenda, quod non formaliter alba, & hęc similitur, quod huiusmodi rationes formales non sunt formaliter ens, nec formaliter nihil. Contra insunt Aureol. quia sunt formaliter quid, cum sint quidditates, ergo & aliquid, & quęlibet hęc, est formaliter aliquid, non est formaliter nihil, & quęlibet hęc, est formaliter aliquid, nam dicitur negationes affirmant, & per consequens illę formalitates ponuntur distinctę ex natura rei, ut illud, quod formaliter sunt extra nihil, est ipsum fundamentum simpliciter indistinctum, seu res ipsa, cui ducuntur in omnia per identitatem, unde ipsęmet formalitates distinctę, ita ut seipsas formaliter sint extra nihil, sed secundum, jam habetur propositum, quod sunt formaliter ens, res, & essentialitas, si primum, igitur inquantum distincta ab illa remanent infra nihil, & per consequens eorum distinctio erit unum nihil, & ita nulla, & repugnat igitur ponere in eadem res plures formalitates imbitas, quin necesse est ponantur in ea plures essentialitas, & plures res inter se distinctę.

223 Resp. quod licet quedam formalitates metaphysice includant formaliter rationem entis, ut constat de omnibus gradibus

generis, nam plura sunt illę ens quidditativę, sic etiam quantitas qualitas &c. adhuc tamen nequeunt alicui subiecto, ut est tale, & essentialitas proprie loquendo, & in rigore metaphysico, nā res ut a realitate distinguuntur, dicitur illa, quę est capax proprie existentie, secundum quā terminatur potest propriam causalitatem physicam loquendo in creatis, ut constat ex discrimine supra positō. 160. inter rem, & realitatem, essentialitas item ex 2. 2. 1. significat naturam integram cum non repugnat propria existentia, & quę includit totam serie graduum prædica vocabulorum, loquendo de essentialitate creata, & ratio huius est, quia hęc vocabula rei, & essentialitatis v. i. nominis dicunt talitatem, ac integritatem essendi, fed formalitas, & realitas partialitatem essendi, ac quemdam gradum metaphysicam ejus, & hoc satis constat ex divinis, ubi dicitur esse tantum una summas res, & unica essentialitas divina, plures autem formalitates, ac realitates tam absolute, quam relative cum ipsa identitatis, & quod formalitates metaphysice includunt formaliter rationem entis participare nequeunt nomen rei, & essentialitas proprie loquendo, tanto minus id convenire potest alii formalitatis, non quidditativę rationem entis includentibus, ut est de multis gradibus differentialibus, passionibus, & modis, cum ergo ex si nominis idem non importet res, & realitas, essentialitas, & formalitas, minime sequitur ad multiplicationem formalitatum, & realitatum, plurificari quoque res, & essentialitas, & cum dicebatur, quando aliqua sunt idem, multiplicato uno plurificari & reliquum, si ergo formalitates in eadem res plurificatur, rem quoque ipsam opus erit plurificari, verum est, rem quoque ipsam debere plurificari, non quidem realiter, fed formaliter, quia sicut distinctio formalis stat cum identitate realitatis pluralitas formalitatum stat cum unitate rei, & ratio est, quia Dicit assignat 1. d. 13. q. un. & 4. d. 6. q. 3. ad 1. quia pluralitas rerum est pluralitas simpliciter pluralitas autem formalitatum, & realitatum est pluralitas secundum quid, unde cum unitate simpliciter stare potest pluralitas secundum quid, & in hoc nulla est repugnantia. Et hinc patet ad alias duas Consequentes, ubi tamen notandum est id quod dictum est 4. 2. n. 204. ens quod nihil in prædicatione opponitur, comprehendere tam illud, quod dicitur, & formaliter est ens, quam id, quod est identice tantum ens, & realiter, quia negationibus, & entitativis repugnat esse ens utroque modo, quod de causa etiam formalitates illę metaphysicę, quę non includunt quidditativę rationem entis, adhuc possunt formaliter opponi nihilitati, & aliquid prædicatione entis participare, quatenus identificantur realiter cum eo, quod est formaliter, ac quidditativę res, & quę est responsio facta inter argumentandum, & Ad cuius primam impugnationem satis dicitur ex loc. cit. disp. 2. n. 204. quantum spectat ad formalitates metaphysicę ens quidditativę, & formaliter non includentes, quę nec etiam concludit de aliis formalitatibus ens quidditativę includentibus, quod ob id dicitur debeat res, & essentialitas in rigore metaphysico ob rationem aliam. Ad alteram impugnationem dicendum formalitates ens quidditativę includentes seipsas formaliter esse extra nihil, alias vero non seipsas formaliter, sed identice tantum ratione illius, cui identificantur realiter, nec ob id sequitur illas esse res, & essentialitates formaliter ob rationem aliam, neque illas, ut distinctas ab illa res remanere infra nihil, & per consequens nullo modo distinguuntur ex natura rei, quia cum tota hęc distinctio formalitatis realis identitatis, nam quatenus formaliter ab illa res distinctę adhuc retinent realem identitatem cum ea, ratione cuius identitatis non remanent infra nihil, fed sunt aliquid rei realiter, & identice, licet ab ea formaliter distinctę, pro cuius adhuc doctrinę majori intelligentia, & argumentatione videatur juvabit Mairon. 1. d. 8. quęst. 5. §. his vobis.

Secundo ex Receptoribus arguit Ovid. contrav. 4. Met. pun. 2. n. 1. & seq. probans hanc distinctionem formalem ex natura rei non nisi verbis differre realitatem, nam eo ipso quod dicitur formalitates ante omnem intellectum distinguuntur, datur hæc formalitas quę non est illa, & illa quę non est illa, ergo distinguuntur eadem distinctione, quia distinguuntur de factō materia, & forma, ergo distinguuntur realiter, probatur consequentia, materiam realiter distinguuntur a forma, nisi aliud est, quam materiam non esse formam, neque contra, fed idem habent illę formalitates, ergo simili distinctione distinguuntur. Dices, distinguuntur realiter dicere non esse idem realiter, quod non habent illę formalitates, quę tantum non essent idem formaliter, & tamen essent idem realiter. Contra insunt Ovid. dicentem, non esse idem realiter nisi aliud est, quam non esse idem ante omnem operationem intellectus, fed formalitates illę ante omnem operationem intellectus non sunt idem, ergo non solum carent identitate formalitatis, sed etiam realitatis.

224 Resp. in argumento adducto optima est, & infantia valde frivola, quia ut etiam prævidet Ovid. ipse, statim Scytilla negabit antecessens absolute prolatum, quia non esse idem realiter non tantum dicit utrumque non esse aliam ante operationem intellectus, sed ita non esse idem, ut sint vel ab ea separata, vel separabilia mutuo, vel nō mutuo, vel saltem proportionē correspondentis, quę possunt separari, ut mirum ita le habet, quod unum dependeat ab alio, & le habeat per modum productoris, & producti, causalitatis, & causalitatis, quod erat admodum, & convertibile signum, unde agnoscit debet realitatem distinctio, quando vero ante operationem intellectus non sunt idem, & talis non identitas non arguitur ex tali separatione actuali, vel potentiali, vel saltem proportionali, sed ex sola separabilitate secundum conceptibilitatē ex natura rei exigentiam

apud intellectum perfectum, & adæquate concipientem, hęc non identitas realis non est, sed tantum formalis. Sed adhuc insunt Ovid. probans ex his capitibus non sufficienter distinguuntur distinctione ex natura rei realem a distinctione ex natura rei formali. Separatio unius entitatis ab alia formaliter non eon sicut distinctionem realem, sed illa supponit, & idē hęc entitas ab alia potest separari quia ab illa distinguuntur, ergo dicendum nō est, entitatem nō distinguuntur realiter, quia non potest separari, neque realiter distinguuntur, quia potest separari, sed potius inferendum, distinguuntur realiter, ergo potest separari, non distinguuntur realiter, ergo non potest separari, ergo distinctio realis in ratione realis, prout distinctio a distinctione ex natura rei formali, non potest ex hoc capite contrari, ergo nullo modo est caput, ex quo fecernatur distinctio ex natura rei realis a distinctione formali. Conf. Petrus potest dependere a Joanne, ab illo separari, distinctio a productionem, & corruptionem terminat ex eo præcisē, quod ante operationem intellectus est distinctus ab eo, & idē animal a rationali separari non potest, nec distinctio a productionem, aut corruptionem terminat, nec unum ab alio dependere, quia ante operationem intellectus non distinguuntur, ergo distinguuntur realiter nisi aliud est, quam distinguuntur ante operationem intellectus. Si dicas non ex eo præcisē posse Petrum separari a Joanne, quia distinguuntur ab eo ante operationem intellectus, sed quia distinguuntur realiter ante operationem intellectus. Contra insunt, tum quia hæc est petitio principii, quia quia distinguuntur realiter nisi aliud super hoc, quod est distinguuntur ante operationem intellectus, quod si dicas adde unum posse separari ab alio, vel ab alio dependere &c. En ite rum petitio principii, distinguuntur realiter unum ab alio dicit formaliter posse separari ab illo ergo cum dicit, Petrus posse separari a Joanne, quia realiter ab illo distinguuntur, dicit posse separari Petrus a Joanne, quia potest ab eo separari, & idē reddis per idē. Hanc, inquit Ovid. esse validam impugnationem formalis distinctionis a priori desumptam ex destructione differentiarum, quas assignat Scotistę inter distinctionem realem, & formalem.

Hęc tamen ratio, si bene perpendatur, semper peccat fallacia consequentis, dum ex ratione communi vel inferre particularem sicut si ex animalitate inferretur homo, nā ad distinctionem realem inter aliqua duo præter differretionem ante opus intellectus, quę est ratio communitatis, & genericæ ad omnem distinctionem ex natura rei, requiritur quod sit inter rem, & rem, id est inter talia extrema, quibus singulis propria correspondeat essentialitas, ac etiam singula possint propriam terminatē physicā productionem in creatis, quod nequequam convenire potest extremis, inter quę versatur distinctio formalis, cum enim importent solas formalitates, & gradus diversos eju dem essentialitatis totalis, non habent propria existentias, neque propria productionem producentem, sed existunt essentialitatis illę essentialitatis, in qua sunt per realem identitatem in se, ut constat ex dictis supra n. 178. & ab ea pullulant dimanari eon metaphysicę, unde ad novā instantiam Ovid. contra a latam solutionem concedo, separationem unius entitatis ab alia non constituit distinctionem realem, cum potius sit effectus ejus, atque idē eam supponit, & sic etiam concedo primam consequentiam, ut fiat propositio causalitatis, malius dicit hoc posse separari ab illo, quia distinguuntur realiter ab illo, quam e contra, licet etiam reddis dicit possit, hoc distinguuntur realiter ab illo, quia potest separari ab eo, ut per quia notat illusionem a posteriori, & tanquā ab effectū, valet enim hęc realitatis a posteriori, hoc potest separari ab illo, ergo distinguuntur realiter ab illo, quia separatio in esse est sufficiens signum a posteriori investigandi distinctionem realem, neque in alia cōsequenter, nā posse ex hoc capite nempe separari tōtis a posteriori, nālis, vel proportionalis distinctionem realem a formalis, & tanquā per rationem a priori concedo, tanquā per signum a posteriori nego, & sic tandem negatur ultima consequentia nullum remanere capit, ex quo huiusmodi distinctiones fecernatur abin vice, nā ex separatione in esse jam explicata distinctio realis sufficienter fecernitur a formalitate, tanquā per signum a posteriori, & per diversitatem existentiarum, tanquā per rationem a priori, quia diversitas existentiarum est veluti formale constitutum realis distinctionis ex n. 178. Ad Consequenter assumptam quod utranque partē, neque enim Petrus potest separari a Joanne præcisē, quia distinguuntur a billo ante operationem intellectus, nec ante animal separari nequit a rationali, quia nō distinguuntur, eo ante operationem intellectus, sed idē hęc separari nequeunt, quia sunt idem realiter a parte rei, & illa separari possunt, quia distinguuntur realiter propter diversitatem existentiarum, neque in hoc alio committitur petitio principii. Et ad replicā nego, distinguuntur realiter nisi addere supra hęc, quod est distinguuntur ante operationem intellectus, nā addit enim diversitatem existentie extremorum, ut differentiam contrahentem distinctionem ex natura rei ad constitutendam distinctionem realem simpliciter, quam dicere solent entitativę, & posse separari entitativę, ac differentiam contrahentem ex natura rei in communis, addit ut differentia a priori contrahentem diversitatem conceptuam adæquatam, & tanquā differentiam a posteriori separabilitatem in conceptibilitate ex natura rei exigentiam, neque in hoc ulla committitur petitio principii, quod videtur, & sic patet remanere differentias tã a posteriori, quã a priori differentes distinctionem realem a formali.

225 Tertio argumentatur sic, suppone materiam, & formam per se ipsas unitas abque unione superaddita, ita ut non possint de potentia Dei ab soluti existere non unite, in quo nulla est repugnantia, tunc